



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**AntiLutherus Judoci Clichtouei Neoportuensis. Doctoris
Theologi, Academiae Parrhisie[n]sis**

Clicthove, Josse

[Köln], 1525

VD16 C 4189

Quid item de secundo, & sequentibus duobus Lutheri articulis prius positis,
censendum est. XXV

urn:nbn:de:hbz:466:1-36183

neſitate eorū que in eccleſiaſticis regulis atq; canonibꝰ ſancita ſunt: pariter & utilitatem, cedentē primū in ſalutē eorū qui illis obſtriguntur legibus: nemo ſe difficile merito præſtare deberet ad eas ſanctiones libenter amplectendas. ubi etiā nulla alia afferret ratio id perſuadens: aut poena adiçeret coërcens. Quid em̄ (ut alia multa præmittamus) honeſtius: q̄ ſanctiſſimū eucharistiæ ſacramentū et à ieiunis conſecrari tm̄ debere, et ſumi Chriſtianiſ, niſi cauſa infirmitatis aut neceſſitatis interuenerit: quod ex antiquo eccleſiæ inſtituto etiā ante beati Auguſtini tēpora eſt decentiſſime ordinatū: et decreto decimæ tertie ſeſſionis concilij Conſtantiensis, contra inſurgentes illius temporis hæreſes, ruruſum eſt approbatum. Quid præterea utiliſ Chriſtianoꝝ ſaluti: q̄ ieiunioꝝ inſtitutoꝝ obſeruatioꝝ: quod (ut ſancta concinit eccleſia) animis corporibuſq; curandis ſalubriter inſtitutū eſt: quo deus itē in nobis uitia cōprimi, mentē eleuat, uirtutē largit & præmia. & quod de ieiunij conſtitutione dictū eſt: de alijs quoq; omnibus legibꝰ eccleſiaſticis ſimiliter eſt intelligendū, quandoquidē de illis idē eſt iudiciū. Itaq; honeſtas ipſa præceptoꝝ eccleſiæ nec non & utilitas: ubi etiā alia oīa de eſſent (quæ tm̄ adhuc permulta ſunt) prouocantia ad eorū ſuſceptionē & executionē: merito nos impellere deberent, ad illa prompto & lubenti animo amplectenda. Sed iā ad alia trāſeamus.

¶ Quid de ſecundo, & ſequentibus Lutheri articulis prius poſitis cenſendum eſt. Cap. XXV.



Perſpicuum etiā iam euasiſt (ut expedito in præcedenti capite, primo Lutheri articulo: ſecundum eiusdem, ſupra poſitum circa libri huius principiū, excutiamus) ea quæ ex apoſtolorum tradiçõe aut factorum concilioꝝ, aut conſuetudine antiqua obſeruant à fidelibus ſecundū ſanctiones eccleſiaſticas: plurimū ad iuſtitia prodeſſe ijs qui pie & religioſe ea perficiunt qm̄ eo ipſo acceptiſſimā deo pſtant obediçtia. Prætermiſſionē uero illoꝝ citra cauſam legitimā, pariter & tranſgreſſionē: maxime incōmodare ſaluti animæ, conſtitueretq; ipſum præuicatorē, grauis peccati reum & dānationis æternæ. q̄ ea puaticatio aſſeclā ſemper habet & comitem: inobediçtia in deū, quæ admodū ſuperiora dicta potiſſimū in decimo undecimo & duodecimo capitibꝰ: & diſſuſe mōſtrarunt.

Cateꝝ

LIBER PRIMVS

Cæterum recto conſequio id trahitur & ſubinfertur, ſi præcepto-
rum eccleſiæ tranſgreſſio inducit letale crimē animæ & mortis æ-
ternæ reatū: integram eorū obſervationē ex oppoſito & gratiā p-
mereri & gloriā æternā. quod tamē negat Lutherus in ſecūdo
illo articulo: quē in ſecundo præſentis libri capite ex ipſius dictis cita-
uim⁹. Oppoſitarum eñ cauſarum: oppoſiti ſunt & effectus. Negat
illud recipiendū eſt, quod illic affert: ea omnia quæ enumerat con-
ſtitutionibus eccleſiaſticis cōſona, fieri etiā poſſe à quouis impio.
Quāuis enim impius ea uniuerſa ſecūdū ſubſtātiā operis exeq-
poſſet & exteriorem operationē: nō tamē ſecūdum debitas circū-
ſtātiā finis, qualitatis operis, loci, tēporis atq; recti affect⁹. quas iu-
ſtus & probus ſeruabit, quādoquidem non habebit impius in illis
operibus agēdis ſyncærum illum animi in deum affectum: qualē
uir bonus. Cum autem legum eccleſiaſticarū obſervationē dici-
mus animę ſalutarem & deo gratam: nō tātum opera exteriora at-
tēdimus, ſed et interiorē ſimplicis animi affectum atq; intentionē.
Sed eadē omnino ratione quam hic affert Lutherus: dicere nobis
promptum eſſet, nulla dei præcepta eſſe ad ſalutē homini neceſſa-
ria. q̄ omnia illa quātum ad exteriorem operationē fieri etiā poſ-
ſent à quolibet impio: licet nō ad ipſius dei ꝑcipiētis intentionem.
Quod autē ſubiungit Lutherus, obſervatione ꝑceptorū eccleſiæ
homines nō niſi hypocriſis euadere: perſimile eſt atq; ſi dicat, intē-
dentem oculorum ſuorum aciem in ſolare iubar: nō niſi tenebro-
ſum fieri, & igni propinquantem: ex eo non niſi algorem ſuſcipe-
re. utentemq; ſalutaribus cibis: incurere exinde aduerſam ualitudi-
nē. Siquidē recta horum ſtatutorum obſeruatione ex ſimplici ani-
mo prodiens, qualem præcipit eccleſia: neminem reddit hypocri-
tam. Siquis autē ficto dupliciq; animo ea exequatur, ut auram au-
cupetur popularem: hypocrita quidem reddetur, nō tamē ex præ-
ceptorum eccleſiaſticorum conditione: ſed propria ſua malitia, q̄
II non eſt legibus illis ſaluberrimis & rectiſſimis aſcribenda. ¶ Præ-
rea apertiffimis oſtenſum eſt rationibus atq; ſanctorū patrum fre-
quenti teſtimonio, præſertim in tertio & quarto cap. libri præſen-
tis: præter ea quæ in euāgelio ſunt particulatim expreſſa, & alia
pluraq; neceſſaria eſſe ut credamus & agam⁹, ea uidelicet: quæ po-
ſtea ſpiritus ſancti inſpiratione declarata ſunt ac definita expreſſius,
ſancti.

ut credantur & agantur à populo Christiano. Vnde cõstat, absurdum id esse & impiũ: quod subinde in tertio articulo secũdi capi. huius libri, ex ipsius dictis est propositũ. Neq; id conuincũt duo illa (quæ citat ibidem) scripturæ testimonia: ad fulciendã suam assertionẽ. Primũ enim illud ex Ioanne sumptũ. Qui credit in me: etiã si mortuus fuerit, uiuet. de perfecte credẽte accipiendũ est, eo scilicet qui fidẽ habet operantẽ per dilectionẽ: bonisq; coniunctã operibus. Talis autẽ non solũ ea aget quæ in euangelio sunt aperte expressa: sed & illa quæ per traditiones apostolorũ & ecclesiasticas cõstitutiones sunt superaddita. alioqui non est integra eius fides nec perfecta. In secundo uero scripturæ testimonio: ibidẽ adducto ex Matthæo, scilicet. Nõ in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. p uerbũ dei nõ solũ intelligi debet quod in euangelio est conscriptũ: sed & id omne, quod postea suggerẽte spiritu sancto ab apostolis & patribus orthodoxis est traditũ atq; sanctũ. & illud enim, uerbũ dei est: ut puta spiritus sancti, cuius magisterio & doctrina illud ipsum ordinatum est & statutũ. ¶ Sed dicat age Lutherus: in quo euangelij loco scriptũ est, q; Christus descenderit ad inferna, quod tamen, symbolũ apostolorũ & Anastasii: credendũ nobis exprimit. Vbi etiam in aliquo quatuor euangeliorum: dicitur filius dei esse consubstãtialis patri, cum certe nomẽ illud consubstãtialis, nequaquã in euangelio legatur, aut ubi expressum id inuenitur apud aliquẽ euangelistã: q; spiritus sanctus etiã à filio procedit. Attamẽ utrũq; horũ: symbolũ Nicenũ exprimit ab omnibus credendũ. Et ita percontandũ esset de alijs permultis, quæ in sacrosanctis synodis declarata sunt & determinata ut credantur à tota ecclesia: nequaquã tamen in euangelijs habentur aperte commemorata. Verum nunc ad agenda ueniamus. Dicat oro Lutherus: ubi legit in euangelio ieiuniũ quadragesimale quotãnis ante festum paschale esse obseruandum, aut aquam sale cõmixto benedictam sacerdotali imprecatione: esse spargẽdam in populũ. aut in ipso ieiunij quadragesimalis exordio, cineres oratione sacerdotis benedictos, in fronte aut super caput à manu sacerdotali esse suscipiendos: in signum pœnitentiæ agendæ, & ad mortis oppetendæ memoriã altius animo figendam. Dicat item, ubi iubet euangelium aut scripto explicat: diebus sabbati ab esu carniũ esse

Ioann. ii.

Matthæi. 4

III.

o absti.

LIBER PRIMVS

abstinēdū in honorē sacratissime dei matris, cui is dies peculiariter est dedicatus. & in letania maiore itidē & minore, ob supplicatiōes solēnes & publicas tū institutas: piscibus esse uescendū. Et hoc pacto de cō pluribus alijs sanctis & laudabilibus ecclesie cōstitutionibus, sciscitādum esset ab eodem: ubi nam in euāgelico codice sunt expressæ. Quod cum nec ipse nec eius affectatores unquam potuerint assignare: dilucidum est, hanc assertionem q̄ nihil à fidelibus credendum sit aut agendū: nisi quod in euāgelio continet aperte expressum, nō modo falsam eē & erroneā: sed multarū etiā hæreseō esse sentinā & baratbrū. ex qua pestifera lacuna: multi p-

III.

ditarū sectarū magistri, sui erroris hauserunt putorē. ¶ Cæterū nō fuerit ociosum aut inutile, in p̄sentia paucis explicare: ubi p̄dictæ cōstitutiones ecclesiasticæ quas nō cōtinet aperte codex euāgelicus, suū acceperint robur & stabilimētū. In primis quadragesimā ipsa: circa nascentis ecclesie exordiū ex institutione apostolorū habuit suum authoramentū & uigorē. Quē admodū phibet beatus

Hieronymus

Hieronymus in epistola ad Marcellā aduersus Montanū: ponēs discrimē inter catholicos et Montani sectatores, his uerbis. Nos u-nā quadragesimā secūdū traditionē apostolorū, toto anno, tēpore nobis cōgruo ieiunamus. Illi tres in anno faciūt quadragesimas: q̄ si tres passi sint saluatores. Hæc ibi. Eoq̄ tpe quadragesimali, maxime insistendū esse ieiunio: admonet idē celeberrimus author in epistola ad Lætā de institutiōe filie, cū ait. Cæterū (ut ante scripsi) in quadragesima, cōtinentiæ uel a p̄denda sunt: & tota aurigæ retinacula equis laxanda properātibus. Hæc ille. Sed & beatus Ignatius episcop⁹ Antiochenus, apostolis cōtemporaneus: aperte p̄dit quadragesimā circa apostolica tēpora fuisse institutā, cū ita scribit.

Ignatius

in quarta sua epistola, quæ est ad Philippēses. Dies festos nolite in honorare. quadragesimā uero nolite p̄ nihilo habere: imitationē enim cōtinet dei cōuersationis. hebdomadā etiā passiōis nolite despicere. Quarta uero & sexta feria ieiunate: reliquias pauperibus porrigētes. Hæc ibi. At uero illud de quadragesima nō negligenda, nequaquā admonuisset scripto uir sanctus: nisi ieiuniū quadragesimale fuisset tūc institutū, & à populo fideli suo iā tpe obseruari solitum. Quocirca audiendi non sunt uiri impij, & ecclesiasticæ disciplinæ subuersores: qui nostra tēpestate imbuti Lutherano ueneno

neno audent palam iactitare in uulgus, quadragesimæ ieiunium
 humana tantum adinventione à recentioribus ecclesiæ pastoribus
 esse institutum. Proinde & parui habendum esse: & pro cuius
 usque tantum arbitrio sine obligationis uinculo seruari posse, & si
 ne aliquo ciborum delectu, Enimvero cum teste Ignatio & Hieronymo,
 ex apostolorum traditione quadragesima suum auspiciam sit exordium
 ipsa instituentium autoritas & temporis antiquitas (ubi etiam alia
 deessent ad eam exacte obseruandam incitamenta: quæ tamen complura
 supersunt) unumquëq; pio in sanctam ecclesiam animo affectum debent
 inducere: ad eam libenter amplectendam, integreque custodiendam. ¶ Porro aquæ sale commixto
 benedictæ asperio in populum: ab Alexandro primo huius nominis
 summo pontifice primum instituta traditur, quemadmodum de consecratione,
 distinctioe tertia, cap. aqua. ipsius sanctio super hoc ædita: ita legitur.
 Aquam sale cõpersam in populis benedicim⁹: ut ea cuncti aspersi
 sanctificentur & purificentur. quod omnibus sacerdotibus faciendum
 eẽ mandamus. Nã si cinis uitulæ aspersus populum sanctificabat atq;
 mundabat multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata,
 populum sanctificat atq; mûdat. Et si sale asperso per Helisæum
 prophetam sterilitas aquæ sanata est: quanto magis diuinis precibus
 sacratus sal, sterilitatẽ rerum aufert humanarum, & coinquinatos
 sanctificat & purgat, & cetera bona multiplicat; & insidias diaboli
 auertit, & à phantasmatis uersutis hoies defendit. Hæc ibi. Insuper
 in exordio quadragesimæ cineres sacrosacerdotali manu suscipi
 debere à fidelibus, tanquam symbolum quoddam agendæ penitentiæ;
 ex ueteris testamēti more desumptum tradit, quod cinis & saccus
 habebatur arma penitentię, instrumentaq; erat frequentissimo
 usu deputata: ad designandam cordis humilitationem & luctum
 penitentiũ. Vnde & beatus Iob de se ait. Idcirco ipse me rephedo: et
 ago penitentiã in fauilla & cinere. Et Mardocheus audito regis
 Asueri edicto de futura Iudeorum exterminatiõne, per Amã negter
 percurata: indutus est sacco spargens cinerem capiti. In diebus itẽ
 Iudith laudatissime uiduæ: cum timor Holofernis irruisset in omnes
 Iudeos, sacerdotes penitenti cilicij legunt obtulisse sacrificia domino:
 & erat (inquit scriptura) cinis supra capita eorum. Demum rex Niniuitarum
 audita per dicatione Ionæ: se totum ad agendam penitentiam conuertens,

V.
Alexander. 1.

Numeri. 19.

4. Regũ. 2.

Iob. 42.
Hester. 4.

Iudith. 4.

Ionæ. 3.

LIBER PRIMVS

indutus est sacco & sedit in cinere. **A**t uero de abstinentia & ieiunio sabbati: paulo ante factus est sermo, pontificij iuris autoritate

Cap. 22. **VI.** roboratus. ¶ **L**etania aut maiorem & abstinentia à carnibus eo die obseruandū: instituit (ut una omnium est sententia) beatus **Gregorius**, primus huius nominis summus pontifex. Minorē uero letania quæ in diebus rogationū agit, cū abstinentia à carnibus esse celebranda: cōciliū Aurelianense olim sanxit. cuius decretū adducitur de consecratione, distinctione tertia, cap. rogationes, hoc uerboꝝ contextu. Rogationes, id est letaniae ante ascensionem domini placuit celebrari. ita ut praemissum triduanū ieiuniū: in dominicæ ascensionis solennitate soluat. per quod triduum, serui & ancillæ ab opere relaxentur: quo magis plebs uniuersa conueniat. Quo triduo oēs abstineant: & etiā quadragesimalibus cibis utant. **H**æc ibi. **N**ōnulla tamen eorū quæ inibi definita sunt: per usum oppositū sunt abrogata. **N**on em̄ diebus illis rogationū ubiq; feriant ab opere manuum laici: nec fideles ieiuniū obseruant, nec ciborū quadragesimalium usum. **V**t & ex eo sumat argumentū: populū fidelē potius in praerisq; ex austeriore uiuēdi forma in laxiore eē deductū, q̄ ediuerso.

VII. ¶ **D**einceps ut ad quarti articuli **L**utherani, supra in secundo praesentis libri capite positi, excussione transeamus: patefactū est abunde in superioribus locis, potissimū decimo capite & duobus proxime sequentibus: sanctionū ecclesiasticarū obseruationē esse necessariā ad salutē. neq; per solā fidē, effici **C**hristianū ab omni lege ordinationeq; ecclesiae liberū: sicut neq; per eā fit liber et absolutus ab obseruatione mandatorū dei. **Q**uinimmo per fidē perfectā et integram: potius obstringit **C**hristianus ad statuta ecclesiae opere adimplenda. quoniā fides uiua & consummata: operibus bonis debet esse coniuncta, potissimū ijs quæ prodant et indicent obedientiā, deo et ecclesiae sanctæ debitā. **E**t qui fidē solā iactitant, ab operibus iustitiæ seiunctā: de eorū uident esse numero, qui (ut ad **T**itū scribit **P**aulus) dicunt se nosse deū: factis aut negant. ¶ **P**otrd falsum est illud, et sacris literis penitus aduersum: opera neminē iustificare, saltē ut adminicula et disponētia ad iustificationē consequendā, et tanq; instrumenta necessaria. **N**ā sine cōtrouersia, deus ipse, precipuus est iustificationis author: et dator gratiæ tollentis culpā, et iustū reddētis hominē. neq; qui sp̄iā primas iustificandi partes deo nō attri

attribuit: ut debet. Cū illo autē & post illum, etiam opera bona iustificandi uim in suo gradu & sorte habere: ostēdunt cū alia q̄ plurima loca scripturæ sacræ, tū illud unū beati Ioannis apostoli uer- 1. Ioan. 3.
 bū. **Qui facit iustitiā: iustus est.** Ex quo protinus id recte colligitur: per opera iustitiæ quæ piā fieri iustū & iustificari, ut p̄ opera artis fabrilis, efficitur aliquis faber: & p̄ frequentē citharæ modulationē euadit citharæcedus. **Neq̄ oportet hominē esse iustū, saltē perfectā & cōsummata iustitia: anteq̄ operet bonū, ut hic ait Luther⁹.** sed è diuerso opus est eū bona operari; anteq̄ euadat integre & absolute iustus. **Ex operibus enim: acquirunt habitus. nō contra, habitus ipsi: primorū oporē sunt authores.** **Sola uero fides simul cū ba-** IX.
 ptismo suscepta: primo quidē iustificat & sufficiēter, pro illo suscepto illo regenerationis sacramēto obtinet: opera ipsa tunc nō sunt necessaria. Sed sequente illā fidei professionē tempore: & in pueris cū plenū rationis usum obtinuerint, & in adultis, opa bona sunt necessaria: & ad illam iustificationē conseruandā si adhuc eā tenuerint, & ad deperditā iustificationē recuperandā: si per peccatū ab illa baptismali gratia exciderint. **Neq̄ id ab re quidē. nam in ipsa baptismali ablutione, obstrinxerunt se qui eam susceperunt: ad mandatorū dei obseruationē. Quomodo autē obseruabunt ea, fidem sacram professi: nisi operent iustitiam & bona exerceant opera, quæ suis mandatis præcepit deus fieri: Falsum est itaq̄, qd̄ in isti⁹ quartū articuli citatione astruit Lutherus: solam fidem esse, quæ ex merito de iustificatione baptismum subsequente.**

Sola fide nequaquā ad salutē sufficere: sed cū ea, & bona opera esse homini necessaria. **Cap. XXVI.**



Dampliorē autē illoꝝ quæ hic quartus Lutheri articulus supra adduct⁹ proponit, confutationem: elidendus est hoc loco & eneruand⁹ error ille Lutheranus, quem cum in cæteris libris suis, tum in eo de libertate Christiana opusculo quod improbamus: ipse Luther⁹ disseminat & astruit. utpote solā fidē sufficere ad iustificationē & cōsequendā uitā æternā: etiā ubi nulla affuerint in adultis opera bona. qm̄ scdm̄ eius sententiā, nō sunt ipsa opa necessaria.